



L. Vales 29  
1745

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS MEDICA

DE

# COMBVSTIONE CORPORIS HVMANI SPONTANEA

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

C A R O L O A V G V S T O

DVCE SAXONIAE CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET GVESTPHALIAE  
LANDGRAVIO THVRINGIAE RAL.

CONSENSV

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

P R O G R A D V D O C T O R J S  
S V M M I S Q V E

I N M E D I C I N A E T C H I R V R G I A H O N O R I E B V S  
IVRIBVS AC PRIVILEGIIS RITE CONSEQVENDIS

S P E C I M I N I S L O C O

E R V D I T O R V M E X A M I N I O B T V L I T

I O A N N E S D E T L E F K Ö S T E R

L V B E C E N S I S

SOCIET. DVCAL. MINERALOGICAE ET PHYSICAE IENENS. SODALIS ORDINARIUS

cisloccccv. m. ivn.

---

I E N A E,

T Y P I S C O E P F E R D T I I



INClytæ

S. R. I. LIBERÆ CIYITATIS LVEBECAE

ORDINI SENATORIO

AMPLISSIMO SAPIENTISSIMO

VIRIS

MAGNIFICIS GENEROSIS

CONSULTISSIMIS PRUDENTISSIMIS

PATRIAEE PATRIBVS OPTIMIS

PATRONIS ET FAVORIBVS

SVMMO PERE COLENDIS

HASCE

STVDIORVM SVORVM PRIMITIAS

EA QVA PAR EST.

PIETATE AC REVERENTIA

D. D. D.

AVCTOR.

DE

COMBVSTIONE CORPORIS HVMANI  
SPONTANEA

Myltagogi novae artis, quos ego duces sequor, magna audent,  
vetera damnant; nova initiandis praebent, fibi folis placent,  
quidni ego tanta exempla magistrorum imiter spei plenus?

Profundae tenebrae, quibus tota fere pathologia hucusque  
obruta esse dicitur; levitas, qua quaestiones a medicis subtilibus  
propositas solvebat; denique lucis advenientis ambiguitas; nec  
minus ratio physiologiae manca studium meum quaedam, quan-  
tulaunque fint, pro viribus ad discutierendam istam caliginen  
conferendi excitarunt. Audaces fortuna iuuat! Ego luciferis geni-  
tus videor mihi ipse esse lucifer! Quam mentem, ut paucis signi-  
ficem, a re haud alienum esse puto opinionem meam de morbo  
maxime mirabili, quoad ortus rationem atque naturam; ad-

huc paene incognito iterum examini subjicere: Multa enim dubia supersunt in rei explicatione. Ab eadem idea processi, qua opinio mea, velut basi, suffulta est, effectum medicamentum in corpus humanum agitans, at illi morbo expediendo species quaedam singularitatis facile dimittenda invecta est.

## §. 1.

In primis seculo novissime elapo medici phaenomena combustionis humani corporis spontaneae usu cognita literis con-nominandus videtur, explicationem rei descriptioni annexam proponens, quod ante illum pauci solum, et partim brevissime experti erant. Praeterea KOPP \*\*) in commentatione quadam academica plures observationes nuperrime publici iuris fecit, et eam rationem, quam LAIR in medium attulit, ut incul-tam infirmamque, reiecit, et novam morbi obscuri interpreta-tionem, sed illi, quam LAIR habuit, non multo subtiliorem suffecit. Ut rectius de mea sententia iudicari queat, quasdam observationum maxime notabilium memorare consultum duco. Quae ex illis colliguntur, ita sunt comparata, ut a ceteris iam cognitis non adeo discrepent, suntque eiusmodi, ut communes istius morbi pathogeniae regulae inde deduci possint.

## §. 2.

\*) *Essay sur les combustions humaines produites par un longabus des liqueurs spiritueuses*, à Paris. 1800.

\*\*) *Pipenring's Magazin für Pharmazie*.

## §. 2.

*Observatio I.*

Octogenaria quaedam foemina macerrima, quae a pluribus annis inde spiritu frumenti et similibus potibus incitantibus fere solum fruebatur, repente in sella ad ignem camini sedens incenditur, homines clamore eius excitati irrumunt, sed flammarum corporis flagrantis frustra restinguere meliuntur, quin immo vis flammae, aqua in eam effusa, ali et foueri vis detur, et, omni carne consumta, sceletoque nigro superstite, illa demum extinguitur. Unus tantum pes ac manus a reliquis ossibus abscedebant. Cum illi exardescenti nemo protinus adesset, haud finiri potest, an incensio vestibus igni cor- reptis excitata sit, flammarum vero non tam extrinsecus, quam intrinsecus vim suam delentem exferuisse sella paene illaesa confirmat, superficie eius modo ambusta, quamquam misera eidem adhuc insidebat.

ROINEAU quidam, sacrorum curator, hanc observationem Gel. LE CAT. per literas a. d. XXII. Febr. a. 1749. datas com-municavit. Similes narrationes combustionum spontanearum, quae foeminas quoque profligarunt, LAIR tradidit \*).

## §. 3.

*Observatio II.*

BIANCHINI, Veronensis, hanc mirabilem observationem prodidit \*\*). Foemina sexagenaria, CORNELIA BANDI, Comes Ge-

\*\*) Cf. l. cit. p. 25. et p. 10. 14. 19. 20. 22. 28. 30. 33. Recueil periodique Ventose VIII. p. 436. Journal de Medicine T. 59. p. 440. Medicinische Nationalzeitung April 1800. Journal der ausländ. medicinischen Literatur von HVFELAND, HARLES und SCHREGER. Oct. 1802. S. 403.

\*\*\*) In dem Englischen Journal annual im Register 1703.

Cesenenfis, aliqua die sub vesperam somnolentiam maiorem sentiens, lectum petit. Cum obdormiisset, famula cubicularis digressa postridie mane comitem extitatura rediit, sed, incredibile auditu, non illam, sed singulas corporis partes residuas hac miseranda specie reperit. Haud proucul a lecto cineres iacent, tactu foetidum humorem emittentes, in quibus extremitates integrae discerni poterant, caput, in quo cerebrum, dimidium occipitis et mentum totum laesa erant, inter pedes iacent. Duae lampades sebaceae solutae magnam caloris vim ostendunt, attamen lectus ac supellecilia intacta sunt, nisi quod illa ex parte humida cinerea fuligine obducta et con-clavia odore non naturali sunt impleta. An haec matrona multis potibus tenuibus usa sit, non constat, at hoc certum est, illam camphorae spiritum adversus dolores rheumaticos ad lavandum adhibuisse \*).

#### §. 4.

#### *Observatio III.*

Marium combustiones spontaneae rarissime quidem acciderunt, unam tamen JOSEPHVS BATAGLIA, chirurgus, narrat.

Doct. MARIA BERTHOLI, sacerdos in monte Volerio regionis Fivizzonensis vitam agitans, die quadam ad mercatum Filettam venit, ubi colloquendo totam diem absumisit, ac vespere in pago Fenile ad affinem divertit. Quo ubi peruenit, cubiculum petiit, ubi solus relictus est. Non multo post domitici, strepitu in cubiculo orto, clamore hominis moti accurvunt. Sacerdotem humi prostratum et flammula, illis adeun-tibus cedente et tandem evanescente, circum datum inveniunt.

E

\* ) CRAELES Chem. Annal. 1785. 1. B.

E vestigio illum lecto tradunt, remedia obvia experiuntur, tandem medicum arcessunt. Calamitate, qua ille miser afflictus erat, diligenter excussa, cutem brachii dexteri, sicuti inter humeros et lumbos, a carne prorsus esse solutam ac dependere, indufium lacerti et cucullum nocturnum plane corruptum esse, capillis ceterisque vestimentis integris, idem cognoscit. Is vero primo partes cutis dependentes abscedit, et partem manus maxime violatam ac sphacelosam scarificationibus fistere tentavit. Tertia die omnes partes sphacelolas deprehendit, aeger cum vehementi siti, diris convulsionibus, colliquativis alvi deiecti-  
nibus, vomitu, delirio gravique febri conflictans quarta tan-dem die soporosus exspiravit. Aute mortem putredo iam eo procefferat, ut aegrotus praeter modum foeteret, unguis ultro deciderent, atque in eius corpore vermes gignerentur. Ipsiis indicio combustio subita orta est, dum brachium dextrum, ut clava percussum, sentiret, et scintillam emicantem protinus vi-deret, qua manus correpta et statim in cinerem redacta fit. Nox, qua malum hoc accedit, serena aerque purus erat, neque quidquam fumi refinosi atque empyreumatici odoris animad-versum est. Prope eum, praeter lampadem oleo exficcatam et ellychnium deflagratum, nihil ignis extitit, nec ulla omnino sufficiens huius rei causa externa vestigari potuit \*).

#### §. 5.

Prius, quam has observationes singulatim penitus respi-cere instituam, aliquot animadversiones ex omnibus combu-stionum spontanearum obseruationibus collectas subiicere mihi liceat.

1.

\* ) Allgemeine Literaturz. 1786. nr. 220. Piepenring's Archiv für Phar-mazie und ärzliche Naturkunde. III. B. 1. St. S. 22.

B

1. Annoſos, plerumque defides, macerrimos vel pingues homines, ut plurimum foeminas, combustionē spontanea afflietas esse, iuuenib⁹ iſthoc infortunium nunquam accidisse videmus.
- 2) Illum morbum praecepit natum esse ea tempestate, cum aer ficcus et purus effet, magis hinc atque vere, quam aestate et autumno, crebrius in septentrionalibus terris, quam australibus inde colligitur.
- 3) Causam externam eiusmodi combustionis effectricem nullam in propinquo fuisse, praeter ignem carbonaceum, candelam ardentem, invalidum camini ignem.
- 4) Combustionem admiranda celeritate totum corpus invaffe, et intrinsecus quidem noxam vehementiorem, quam extrinsecus attuliffe, si modo reſtinctione parata incendium inhibebatur, decurſum raro fuisse tardiorēm.
- 5) Flammam hic natam mobilem fuisse, et aqua difficulter extingui potuisse, resque vicinas non, niſi faepius attacatas incendisse.
- 6) Totum truncum plerumque igni perditum esse, capite atque extremitatibus magis minusve illaeſis. Anniadverſio vero omnium maxima de huiusmodi combustionē eo certitur, quod iſti homines plus minusve potuum tenuium per aliquod tempus sumferunt. LAIR et KOPP hanc rem in facto positam primum, ut aiunt, cauſale talis combustionis momentū rectiſſime iudicarunt, ratio autem, qua iſtud accipiebat, et in re explicanda ſequebantur, mihi minime ita comparata videtur, ut ſciendi cupidis omnino fatisfaciat. Ergo conſequens eſt, ut illius eventi aetiologiam, quam uterque excogitavit, hoc loco paucis referam.

## §. 6.

## §. 6.

*Lair perpetuo potuum ſubtilium uſu omnes corporis partes particulis alcaholiſis iſſictas eſſe, easque natura ſua igni concipiendo aptas totum corpus incenſionis effeſſe opportunum censuit.*

Hanc fententiam quorundam anatomes peritorum experimentis firmare conatur, qui in ſectione hominum vino vel ſpiritu vini ebriorum intestina aliasque corporum partes illo ſpecifico odore repleta deprehendebant. Praeterea quoque his innititur rebus. Flamma obſervata ei, quam ſicera flāgrans fundit, ſimillima fuit, homines flamma oppreſſi vel pinguiſſimi, vel macerrimi, illi propter pinguedinem facilius arſerunt, hos macie, humoris defectu et ſiccitate fibrarum laboſaffe neceſſe eſt, ideoque utrumque combustioni alendae appetiſſimum eſſe \*) videtur. BEDDOES huic fententiae adſtipulatur \*\*). KOPP autem illi rectiſſime opponit, opinionem de alcohol in organiſmum animalium vivum recepto, neque noxio, quae LAIR placeat, cum ſanioribus zoonomiae praecceptis prorsus pugnare; ad quod etiam quotidiana experientia de nutrimentorum, ut ajunt, affiſſimatione et de medicamentorum effectibus refutat, ideoque veram rationem, qua affiſſimationis negotium considerandum fit, plane praetermitti ſtatuit. Pariter argumenta, quibus LAIR ad opinionem ſuam conſirmandam uſus eſt, ita refellit.

Exempla cadaverum ſectorum ſpirituolentium nihil probare poſſe inquit, quia corpora tantum ex anima explorata eſſent, potus paulo ante mortem copioſe perceptos mafſam mortuam immutatos permeare, partesque odore ſuo infiſere poſſe. Pinguedinem et maciem, qua tales, parum quidem coni-

\*) LAIR l. c. p. 42. rel.

\*\*) cf. INGENHOVSE Miscellanea physico-medica. Edidit JOANNES ANDREAS SCHEERER. Viennae 1795. pag. 5. seq.

combustioni inservire posse, quod pinguedo in cellulis a particulis aqueis nunquam sit libera, nec macies cum tanta sicitate coniuncta, ut facilem combustionem adiuvet.

§. 7.

KOPP ipse combustionis eiusmodi has esse causas afferit.

- 1) *Internae vis defectum vivi animali-organici, astheniam sensu vero esse causam, de qua natura externa internam animalem devinceret.* Illius prostrationem plane effici, si asthenia non singulum modo locum, sed totum corpus afficiat, vita animalis succumbat, legesque in natura mortua obtinentes, chemismum invalescere, quem in ipso comburendo evidenter apparere. Illa asthenia ex observationibus colligi, ex collectis animadversionibus probari dicit; omnes illas combustiones in annos, plerumque segnibus hominibus, fere foemini vel macris, vel pinguibus intercidere. Hanc qualitatem KOPP, a BRUNONE, qui pinguedinem hypersthenia prognatam contendit, dissentiens plurimum astheniae indicem iudicat, quae lymphaticum sistema in primis occupasse videretur, quia immodici potatores morbis in hoc quasi dominantibus maxime sunt obnoxii.
- 2) *Hanc animalem conditionem permittere posse, ut massa rerum inflammabilium per corpus diffundatur, coacervetur, et pro ratione partium plus minusve in eo, res vero inflammationi paratas tales esse oportere, ut omnes cellulas facile permeant, neque partibus aqueis quidquam natura igni opportuna minatur, et in hunc censem venire quaeviis gas genera.*
- 3) *Haec vero inflammabilia probabiliter simili ratione generari, qua lympha in laxis cellis in hydrope cumuletur, hoc modo forsitan hominum sponte combustorum obesitatem esse genitam,*

five

*five erant macerrimi, ea gas genera maiore fibrarum rigidi-  
tate in cavis thoraci atque abdominis valde compressa, ob-  
servantium aspectui subtracta.*

Coacervationem autem huiusmodi gas inflammabilem cum in mortuis, tum maxime etiam in vivis animali-organicis formis fieri posse KOPP pluribus observationibus ostendit, v. c. RUISCHI, FOURCROY, MAUSSIER-MORLEN, STERNARD, WEIKARD, BARTHOLINI, BEAUMES \*).

- 4) *Inflammationem huius corpus impletis gas non solum ex-trinsecus, corporibus ardentibus, ut lumine, pruni, sed plurimum scintillis electricis in eodem corpore suscitatis esse factam, quod praesertim supra commemorata tertia obser-vatio luculenter ostenderit, cui opinioni aeris quoque plerum-que puri, secchi et frigidi conditionem eiusdem tempestatis re-spondere, ideoque eundem electricitatis excitationi inservire, et velocitatem, qua incensio serpebat, aequalem esse, praete-re*

\*) Cf. LAIN l. cit. p. 93.

HALLERI Elementa Physiol. L. XII. S. 11. §. 6. Sammlung physi-  
cal. Aufsätze etc. v. D. MAYER, WEIKARD's vermischtte Schriften,  
III. B. Dresden, 1781. THOM. BARTHOLINI De luce hominum et bru-  
totum libri III. novis rationibus illustrati, Hafniae. 1669. p. 155.  
BEAUMES Elsay du système chimique de la science de l' homme, in  
J. B. T. BEAUMES, Versuch eines chemischen Systems von den Be-  
standtheilen des menschlichen Körpers, aus dem Fran-  
zösischen übersetzt von C. J. B. KARSTEN. Mit einigen  
Anmerkungen von D. S. F. HERMSTAEDT Berlin 1802.

rea gas incensionem aeris atmosphaerici tactu fieri posse, si  
gas inflammabile phosphori particeps esset, hincque in illo  
attactu sponte accenderetur. KOPP iudicium suum de incen-  
sione, quae fiat electricitate, auctoritatibus HALLERI,  
GRUNERI et PROCHASKA firmare studet, qui tamen electri-  
cam scintillam genitam incendendo prorsus sufficere, atta-  
men corpore substantiam incensioni opportunam sem-  
per requiri putant \*). SCHWEDIAUER et plures itinerum  
descriptores tradunt phaenomenon combustionis spon-  
taneae corporis humani in regionibus septentriona-  
libus crebrius deprehendi, et nimium spiritus frumenti  
usum conferre multum autumant. Illi combustioni ut  
occurrant, illos, teste SCHWEDIAUERO \*), potibus mucosis,  
lacte, urina etiam recenti uti, quam aeger magna co-  
pia bibere soleat.

Ex eo, quod ista gas supra memorata calefcunt, et fiunt  
electrica, KOPP colligit, ea, qua talia, generationem scintillae  
electricae in vivo corpore humano efficere posse. Ut vero  
similes generationes fieri evidentius demonstret, ad crebras ob-  
servationes provocat, homines externe frictos scintillas electri-  
cas edidisse, usus narratione HALLERI \*\*) et EZCEH. DE CA-  
STRO \*\*\*), qui saepius accidisse referunt, ut inter pectinandum,  
dum vester induerentur, vel inter frictionem sponte institutam  
panno laneo in corporis superficie scintillae existerent electri-  
cae,

\*) KOPP. I. cit. et *Medizin. Nationalzeit.* April. 1800.

\*\*) HALLER I. cit.

\*\*\*) V. GAYB. *Anfangsgründe der medizinischen Krankheitslehre*: übersetzt mit Anmerkungen herausgegeben von D. C. G. GRUNER. S. 660.

cae. Cuncta illa exempla probant, vivum corpus humanum  
sub quadam conditione \*) chemice vel electrice differen-  
tem substantiam in quibusdam sui partibus se exhibere posse  
cum quadam vi, quae alias in quibusdam animalibus modo et  
substantiis anorganicis apparere solet.

EZECH. DE CASTRO narrat, ex corpore mulieris valetudina-  
riae, si panno corpus tactum esset, scintillas electricas elici po-  
tuuisse, quod hieme sicca et frigida tempestate praesertim valui-  
set. Idem animadvertisit, corporis humani idioelectricitatem eo  
gradu in annosis tantum, et fere foeniinis conspicit. Hae obser-  
vationes cum illis ad combustionem spontaneam pertinentibus \*\*)  
vere congruunt.

### §. 8.

Jam ad propria transfire liceat. Ut LAR combustionum  
spontearum causas pravissime intellexit, sic KOPP re vera  
ostendit, se non multo saniorem de iis imbibisse opinionem \*\*\*)  
Ille humanum corpus atque omnino totum vivum animaliem,  
quem dicunt, organismum veluti spongiam balneatoriam pau-  
lulum madefactam tractavit, hic illam interpretationem rudem  
esse cognoscit, neque ipse illi se eripere susinet, sed eandem  
sententiam in eum modum componit, ut quibusdam dubitatio-  
nibus tantum occurrat.

Pro eo, quod LAR spiritum vini, ut vaporem, in corpore  
humano circuire, et plus minusve cogi et coacervari opinatur,  
KOPP,

\*) Prochaska's Lehrsätze der Physiologie des Menschen. B. 2. S. 82.

\*\*) HALLER Element. physiol. I. c.

\*\*\*) THOM. BARTHOLIN. I. c. p. 71.

KOPP, asthenia praesente, ea gas inflammabilia effici putat, alvi cavum ac thoracis etc. his impleri, et tandem, scintilla electrica incensa, gignere combustionem eam fleibilem. Ut omittamus, modo minorem gas copiam in corpore, (vel si illud quam maxime comprimatur) inesse posse, hoc quidem ciuis fabrica non commode patitur, ista gas usquam, nisi in intestinis congeri, et praeterea constat, omnia gas inflammabilia vel vere flagrandum oxygenium oppositum, quod huic plus minusve simile est, requirere, — sine gas oxygenio praesente mera scintilla electrica eiusmodi combustionem efficere nequit, immo prius fieri posset, ut ista gas in substantias guttatum liquidas ope acidae scintillae electricae restituuntur sine ulla flammae excitatione, et proinde etiam sine eo phaenomeno, quod vulgo combustionis solet. Quae res si ita se haberet, de combustionē massae carneae minime cogitandum esset. Secundum ea, quae WINTERL<sup>\*)</sup> in chemia super detexit, hoc quadam ratione sane fieri potest.

Huc quoque accedit, quod, flamma permanente tantum, et intimo tacitū alias substantias inflammabiles accidente, nihilosecius ea gas tam brevi temporis spatio flamma omnem fere carnem, et ex parte ossa urendo deltruere dicuntur.

### §. 9.

Animadverfiones praefantissimae, quae ex omnibus observationibus sequuntur, fere huiusmodi sunt, ut nos doceant, omnes homines sponte combustos vel spiritu vini usos esse, vel cor-

<sup>\*)</sup> Cf. KASTNERS Materialien zur Erweiterung der Naturkunde, Jena, 1805. S. 140. u. s. f.

corpori alio modo admevisse, ut spiritus vini eo recipi posset, (ut in observat. II. inficto camphorae spiritu) hunc usum aliquod tempus durare oportere, ut in corporibus combustionem spontaneam efficiat, hoc etiam maturius fieri, si homines asthenia laborarent, denique carnem in omnibus combustionibus spontaneis cum vi quadam comburi, quae alias in vegetabilibus substantiis, quae facile possunt comburi, animadverlitrur.

### §. 10.

*Ex his efficitur, massam humani corporis ipsam, recepto spiritu vini, in substantiam mutari huic spiritui ratione mixtionis similem.*

Ista mutatio hoc modo fit. Si spiritus, animalem organicam substantiam tangens, in ea sibi homogeneous excitat, eam quidem cogit, ut ipse similis prodeat, quod tandem perpetua receptione et tactu spiritus vini eo procedit, ut carnæ substantia, licet diversissima videatur, denique prorsus fiat substantia, quae potentiori spiritus vini influxui succumbat, et in substantiam, quae facile igni absumi potest, spiritui vini ratione naturae igni obnoxiae aequalem transformetur. Quo minus potens organicum subiectum spiritum vini recipiens huic postulationi eius positivae repugnat, quo magis organicam et dominantem naturam sui ipsius deponit, eo magis vis spiritus vini accrescit, et quod efficitur victoria maxime organici de animalis organicis subinde magis magisque deficiente, est illa substantiac animalis mutatio in eam, qua erat sponte combustus ante combustionem, in massam externam modo animalismi formam praeferentem, cuius interna plane cum forma spiritus vini convenit. Si e diversa copia spiritus vini animalem substantiam tangens minor est, neque perpetuo, sed rarius recipitur, si individuum recipiens valetudine secunda atque vi interna gaudet,

spiritus vini effectum plane contrarium in animale organismum edit. Tantum abest, ut animale ad vegetativum, veluti supra, detrahatur, ut potius animale altius se attollat, se ipsum augeat, magis etiam, quam antea in statu normali, et tum affatim vis exferat, unde patescit valido influxu vim quiescentem et efficaciam maxime esse excitatam. Sicuti primo spiritus vini animale tangens dominante se praestitit, ita hic oppositione sua contra substantiam animalem dominationi succumbit. Hoc tantum prodest, ut animale postulatione sua excitet, ut omni vivitatur vehementi impetu spiritus vini resistendi, impulsu ad efficientiam quam maximam, hoc idem a spiritu vini iam poscit, quod alias a vegetabilibus substantiis minus potentibus, ut se suis quasi impensis extollat, eum cogit, substantiam fieri animalem, et nunc spiritum vini fibi simillimum, in animale mutantum, in se recipit et assimilat. Dum vero spiritus vini hoc modo effectus se ipsum mutare, et suis quasi impensis se extollere cogitur, simul eo partem sui in inferiori forma ponere adiungitur. Huius enim, qua tali, vis interna ad efferendum necessaria, deest ob locum inferiorem, quem, qua substantia vegetabilis, obtinet. Si igitur in maiorem gradum extollitur, id fieri vere potest, postquam divisionem sui ipsius, quoad quantitatem, ad id necessarium subiit, quo altera pars contra alteram attollitur, et alterius vis deprimatur necesse est. Ita fit, ut spiritus vini, sicuti nutrimenta ex altera parte ad uaturam animalem efferatur, altera ex parte inferiori ponatur, quam, qua spiritus vini positus fit; et cum hic spiritus, ut summus gradus vegetabilis organicus, appareat, animale attingit, tum eius assimilatio oritur, divisione facta, ea pars, quae ad priorem partem effrendam spiritualem suam (ut ita dicam) essentiam commodabat, ea privatione debilitatur, h. e. imperfectior fit, substantia terrenis similius et veluti aliena animalismo se ipsum tuente e corpore animali desertur.

## §. 11.

## §. 11.

Idem, quod spiritu vini in suum validum, in statu normali versans vel aegrum animale corpus efficiente evenit, idem evenit acceptis nutrimentis et medicamentis, utraque simili modo efficiunt. Ratio, qua agunt, ex sententia supra allata, omnino emanat, res vero singulas hoc loco percensere me longius a trahite avocaret, hoc solum subtexere mihi liceat, anorganicas substantias animales formas contingentes, illas eo magis ad tuendum se ipsum modicis dolibus impellere, maioribus vero organici vim excedere, et interimere organicum.

## §. 12.

Hanc interpretationem effectus spiritus vini in corpus humanum suppeditatam si in tres supra propofitas observationes converterimus, probe intelligemus, in primo, et probabiliter etiam in tertio evento, crebrum introitum camphorae spiritus, vini spiritum ea copia corporibus invexille, quae aliquem internae vis spiritus defectum compensare sufficeret. Sic in omnibus illis tribus eventis corporis substantia in substantiam spiritui vini similem subinde mutata est. Ultima memorata combustio, quam mas subiit, in eo differebat, quod tardissima fuit, quod partim fortiori vi oppositae animalismi virilis, qua talis, partim, ut verofimile est, usui potuum vehementiorum minus frequenti tribuendum est. Altera vice e contrario valetudo rheumatica spiritus vini corpus externe contingens influxum adiuvit.

## §. 13.

Incensionem seu proprium eius momentum si spectamus, id et scintillis electricis, et extrinsecus substantiis iam ardentibus et

et eo effici potuit, quod pulmones ipsi subinde in corruptionem abierunt, itaque gas hydrogenium ortum est, quod phosphoro infectum ipso aere atmosphaericō vel scintillis electricis incendebatur, ut igitur postea pulmones, qui etiam facile iam comburi poterant, ceteraeque partes sphacelo correptae et destructae sint. Hac explicatione id, cuius mentionem in fronte commendationis feci, quodammodo praemonstratum puto, id tantum egi, ut ad agnoscendam altiorē organici, eiusque actionum rationem aliquid conferrem. Si hac via ad metam meam aliquantum propinquaverim, fortunatus ero.